

**F**ermissime tene et nullatenus dubites  
ideo cristum filium dei ad iudicandos  
vivos mortuosque venturum et ut homi-  
nes quos hic dono gratie sue gratis per fidem  
iustificat eisdem iustificatis in fide et caritate  
Sancta mater ecclesia usque in finem perseve-  
rantiam donat in suo aduentu resuscitet et glo-  
rificet. Et secundum promissionem suam equa-  
les sanctis angelis faciat et ad eum statum  
perducatur in quo perfecte quantum unicuique  
donat deus boni sint et ab ipsa perfectione  
deinceps mutari non possint ubi diversa erit  
sanctorum gloria sed una erit omnium vita  
eterna. Diabolum vero et angelos eius in  
ignem eternum a christo esse mittendos ubi  
numquam carebunt pena et quam eis preparavit  
divina iusticia. Cum ipso autem dyabolo im-  
pios et iniquos homines de quibus scriptura  
dicit. Imitantur autem eum qui sunt ex parte  
illius pro eo quod eum in malis operibus imi-  
tati sunt et ante finem presentis vite congru-  
am penitentiam non egerunt. Resumptis cor-  
poribus supplicio eterne combustionis astrictos

**F**ermissime tene et nullatenus dubites  
Omnibus hominibus.

et bonis et malis resurrectionem carnis in ad-  
uentu futurū esse communem et retributionem  
vero iusticie dei esse bonis malisq; dissimilē  
secundum quod apostolus ait quia omnes re-  
surgemus sed non omnes immutabimur. Im-  
mutabuntur autem iusti qui ibunt in vitā eter-  
nā quod apostolus ostēdit dicēs et mortui resur-  
gēt incorrupti et nos immutabimur. Et ostē-  
dens que erit ipsa immutatio adiecit. Opor-  
tet enim corruptibile hoc induere in corruptio-  
nem et mortale hoc induere in mortalitatem  
In eorum corporib; fiet quod apostolus ait  
seminatur in corruptione surget in incorruptio-  
nem. Seminatur in ignobilitate surget in  
gloria. Seminatur in infirmitate surget in  
virtute. Seminatur corpus animale sur-  
get corpus spiritale quod propterea spirita-  
le dixit non quia ipsum corpus spiritus erit  
sed quia viuificante spiritu immortale atq; in-  
corruptibile permanebit. Sic autem tunc  
dicitur spiritale corpus cum non spiritus sit  
sed permaneat corpus sicut nunc animale di-  
citur cum tamē inueniat non anima esse sed corp⁹

**H**umilissime tene et nullaten⁹ dubites